



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit vtilissim[us] tractat[us] q[ui] intitulator
horologiu[m] eterne sapi[enti]e**

Seuse, Heinrich

Allosti, 1486

Sequit[ur] or[at]io p[ro] age[n]tib[us] ha[n]c ce[n]tifaria[m] memoria[m]
d[omi]nice passio[n]is.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30857

inebriari: et illius beatorum profumio intundari. **A** diuina precor o filialis
dextrifedia maiestatis: illuc me tuis gloriosis precibus peruenire
ubi incoprehensibilis illa lux oritur que nunquam occidit: ubi ineffabilis
illa pax colitur quae perturbatio nulla interemit. **U**bi fontana illa
omnis boni abyssus scaturit quam nemo exhaurire sufficit. **U**bi di
uina maiestas eterna requie omnia continet: ubi diuina veritas per
benigne lucet. ubi diuina caritas eterne consolationis dulcedine spir
rorat. ubi beata trinitas uiuit et regnat deus omnipotens in substantia
vna et in personis: trinitas pater et filius et spiritus sanctus. per omnia secula seculorum. Amen.

Sequitur oratio per agendum hanc certifariam memoriam dominice passionis.

Hic nunc igitur o crucifixa pro nobis sapientia ihesu christe: pro omnibus
horum centum tuae passionis articuloz meditatoribus clemen
tie largitudine suppliciter impello: ut in meditatione eorum
sancte deuotionis ignis dininitur exardescat: ut cor eorum
eructet verbum bonum: verbum illud amatorum et deuotum. Fasciculus
mirre dilectus meus mihi: in uerbera mea commorabitur: fasciculus
inquit ex his ceteris mirrifluis pariter et thurifluis ramusculis re
collectus: ut sacrificium eorum tempore refulgeas: tu eis sol iusticie: passio
nis quondam nubilo eclipsatus tuorumque amoris igne valido: ita eorum
exustules holocausta ut in singulis his meditacionibus dirigatur
oratio eorum sicut incensum in conspectu tuo et sic virgula fumi ex aro
matibus mirre et thuris: eorumque pie compassiois deuotionisque re
dolentia ihesu piissime delecteris. Amen.

Tractatus de eterna sapientia.

Incipit prologus.

Anima mea desiderauit te in nocte: sed in spiritu meo
in precordis meis de mane uigilaui ad te preclarissima
sapientia petens ut desiderata prentia tua omnia aliena in corde
meo proueniat penetralia cordis mei tua gratia profundat
et amore tuo uehementer accedat. Et nunc dulcissime
ihesu christe ad te diluculo consurgo: teque ex intimo cordis affectu
saluto: et milia milium celestium agminum tibi ministrantium te ex me
salutent: et decies milies centena milia tibi assistentium te ex me
glorificent: et omnia preclara desideria sanctorum omnium te ex me hono
rificent: et yniuersalis melodia omnium creaturarum te ex me collaudent